





ΕὐΦημίαν γαμήλιον

Honori nuptiarum Viri doctrina, hu-  
manitate, & virtute præstantis,

Dn. PETRI à JHEN A,  
scholæ Servestanæ hypodidascalii,  
S P O N S I,

celebratarum, cum

Honesta & pudicissima Virgine

A N N A,

Dn. GEORGII SCHÖNVOGELII  
P. M. Servestanæ quondam civitatis  
Camerarij, Viri ornatissimi,  
&c. F. unica,

S P O N S A,

Nuncupata à fautoribus, collegis, & amicis.

A. D. X V. mens. IXbr. Juliani  
anno O. R. MDCHIX.

---

S E R V E S T A E

Imprimebat Christophorus Vveida.

παράγητος Οὐλική,

Ad Dn. PETRUM à JENA  
Sponsum. &c.

N me qui tuus est amor infucatus, amoris  
Extare in te vis carmina signa mei,  
Quando paras casti thalami solennia, cingat  
Quæ, de carne tua te caro, sponsa, petens.  
Parcendum noras afflito, Sponse, ministro  
Verbi: ast quod signum poscis amoris, habe.  
Alget Musa, dolet pes, lato condere versus  
Mens refugit: languet nec tamen ipsa fides.  
Quæ cœlo mittens calidi suspiria cordis,  
Carmine tormina sic vincere nisa fuit:  
Permittente DE O crus fractum cerno sinistrum,  
Perpetuò infracta ut sit mihi dextra fides.  
O JESU, lapsi quem novimus esse misertum.  
PETRI, jam lapsum commiserare meum.  
Restitue officij mandati munera tandem:  
Erige quæso pedem, protege quæso fidem.  
PETRE en, Sponse, vides, quam vera Oratio Vulgi:  
Acerubi dolor est, est ibi promta manus.  
Ne tamen excludat votum geniale doloris.  
Sensus, erit voti hæc summa caputque mei:  
Inter vos sponsos dexter sit mutuus ardor,  
Claudicet & nunquam, situe sinister amor.  
Primæ deliciæ vobis sint CHRISTUS, amoris  
Autor casti, in quo sitque voluē mori:  
Ambos & quocunque feret pes, duxit IESUS  
Servet ut incolumes vos sine fine, precor.

M. Caspar Ulricus.

Ad doctrina humanitatéque præstantem,

Dn. Petrum à Jena, Scholæ Servestanæ hypo-  
didascalum, Sponsum.

**O**Mnia amicorū pariter, paritérq; deorū,  
Duxisse fertur Socrates communia.

Sic ego Davidis modulatum carmen alumno,

A méque vatis redditum Alcæi modis,  
Munus amicorum tedis commune dicavi,

Quo vota sponsis non semel feci novis.

Ac faciam posthac, si fortè rogabor amicis,  
Senente nostra languidáque barbito.

Quo tua nunc itidē connubia munere dono,  
Cultor sororū, PETRE, præstans ter triū.

At vice jam grata sponsæ, quæ nomine gau-

Ut gratioſo, voce ſic reciproca. (det  
Virginei flos, & laudati fama pudoris,

Futura Clejo deñi tibi Thaliáque.

Si bene te novi, magis hoc tibi carmine gratq;

Non fabulosus accidat Chrysorrhoas;

Nec tibi malueris gemmarū quicquid arenis  
Maris in Eoi nascitur felicibus. (ris,

Namq; lapis non es, flamas expertus amo-

Quem petra nescit, unde nomen est tibi.

Flagret ut ille tuo, nec non in pectore nuptæ

Ut flagret ignibus, precor, perennibus

Omnia sunt annis obnoxia præter amorem,  
In celo flamas concipit ille novas.

Εὐφημία γαμική.

Ex Psalmo CXXIX. ut putatur, Salomonis, commendante omnibus hominibus, & imprimis conjugibus, timorem Dei, & manuum laborem, utrumq; ad vitæ beatitudinem summopere necessarium.

Beati omnes, qui timent Dominum &c.

1  Ter beatum, quem timor intimo  
Tangit Jehovæ pectore, nec sacrâ  
Alege divisorum in saébras  
Devius insinuauit error!

2 O te beatum, quisquis es, aut eris!  
Nam forte quamvis paupere sis, tui,  
Illo favente, te laboris  
Fenus alet. Facilem ille abunde  
Victum refundens, ut bene sit tibi,  
Cornuq; pleno copia suppetat;  
Rumoreq; ut vortant secundo,  
Cuncta operum tibi prosperabit.

3 Ceu vitis arctans palmite conjugi  
Ulmos maritat; ceu viridi domum.  
Incingit amplexus stolonum,:  
Sic tua te subolis feraci  
Stipabit

*Stipabit uxor germine liberum,  
Mensam ambientum; termite uti suam,  
Non mentiente spem coloni,  
Arborem oliva onerans renodat.*

**4** *Hæc sunt, Jehovam qui timet, hæc viro  
Promissa vitæ commoda, quæ manent,  
Eventibus rerum invidendis,*

*Corde Deum ingenuo colentem.*

**5** *Arcis, Jehovah, è sede Sionæ  
Lauto bonorum te cumulo obruet,  
Urbemq; qua sedem locâsti,  
Commoditate beabit omni.*

**6** *Florente pacis quò Solyma ubere,  
Atque Israëlis incolumi statu,  
Natosq; natorumq; tecum  
Progeniem aspicias beatam.*

**PSAL. CXXVII.** eodem auctore docens o-  
mnes conatus nostros & labores, nisi à Deo adju-  
ventur & provehantur, esse irritos.

Nisi Dominus ædificaverit domum, &c.

**I** *Quid cæmenta, trabes quid Libanitidas,  
Extremaq; paras marmor ab Africa?  
Doctas artificum quid redimis manus,  
Ult moles operum magnificas struas?*

*A 3 Nam.*

Nam Jehova suani jaciat manu  
Fundamenta domus: rem, sobolem, focum  
Ni divina bonis gratia sospitet,  
Solertis perijt machina fabricæ.

Ni Jehova suis mœnia circitor  
Noctes atque dies excubijs tegat,  
In cassum speculis excubat incola,  
Somni non capiens munera pervigil.

2 Prevertens radios manè Hyperionis,  
Et condens opera Noctiferum improba,  
Damnato penitus nil facit ocio,  
Defraudans genium ventre famelico.

Nil his proficitur: cura, labor perit,  
Vitæ carnifices: ni Deus bos juvet  
In partem veniens. Ille suis penum  
Auget, vel mediâ nocte cubantibus.

3 Sic, Jehova, tuo munere suppetunt,  
Urbis seminium, germina liberūm;  
Fecundante nurus celite gratia,  
Turget leta uteri prole feracitas.

4 Educente Deo, robore masculo  
Firmatur juvenum promta ferocia,  
Excussa indomito qualia brachio,  
Perrumpunt calami spicula Gnoßij.

Felicem,

**f** Felicem ô quoties, qui gravidam gerit  
His telis pharetram! non furor hostium,  
In portis patriæ bella movens fera,  
Illi degeneri cor quatiet metu.

Gregorij Berßmani.

A L I A.

**S**i conferre licet parvis cognomina rebus,  
Callidus es tu auceps, blandulam avemq; capis.  
Hec allectatui, PETRE, est dulcedine cantus,  
Inq; tuos laqueos ANNVL A blanda venit.  
Thespiadum latis etenim es versatus in agris,  
Ac tibi dulcisonum carmen Apollo dedit.  
Ergo Sponsa tibi resonabit gutture carmen,  
Quod paret optati gaudia conjugij.  
Non opus est igitur modulari carmen amicos.  
Nam resonante tua nostra Thalia tacet.  
Sufficit ex animo vobis bona cuncta precari:  
Vivite felices, nec sine prole diu.

Johan. Sagittarius MD.

---

Ad eruditione & virtute ornatissimum Vi-  
rum Dn. Petrum à Jhen, Scholæ Servestanæ συνεργὸν,  
Sponsum, affinem &c. allusione facta  
ad quasdam Platonis sententias.

Δεῖ ήμᾶς γεννῶντας τε ηγή ἐκτρέφοντας παιδας καθάπερ λαμ-  
πάδα τὸν βίον παραδιδόνας ἄλλοις ἐξ ἀλλων.

Item:

τοῖς γάρων δὴ ἀντη ἔστω ἡ παραμυθία, ως χρὴ τῆς αἰγεννοῦς  
Φύσεως αὐτέχειθ, τῷ παιδας παιδῶν καταλείπεν, η ἀεὶ τῷ Θεῷ τὸν  
ρέτας ἀνθ' αὐτοῦ παραδιδόνα.

Mentibus

**M**entibus insculpta est lex hæc, cum compare vi-  
tam.

Exigere, & patrem quæ jubet esse virum,  
Ne frustra in patulas productus luminis oras.

Morte obitâ totus desinat esse super:  
Sed soboli seræ prædulcis lampada vitæ

Tradat, & in seriem proserat ille genus.  
Rectè igitur, mi PE T R E, facis, quòd sponte capistro

Serva maritali subjicere ora paras,  
Ut doceas, te non gestare in pectore cautes:

Sed flecti facile & molle cor esse tibi.  
Gignes ergo tuo similes virtute parenti,

Et matrem referant quæ pietate tuam,  
Et qui non segnes tua per vestigia pergant

Inservire D E O, Pieridumque choro.

*M. Iohannes Theopoldus.*

## A L I A.

**U**t patris tacitam pertentant gaudia mentem,  
Cùm placida sobolem sorte vigere videt:  
Sic ego lingua, animoq; favens, & pectore toto,  
Grator, PETRE, Tibi, & gaudeo sorte tua:

Quodq; doces pueros studiorum Elementa bonorum,

Atque studes patriæ commodus esse tua:

Quodq; D E V S forma insignem, tibi, grande didantegov  
Consortem justi donat habere tori.

Cum qua ut perplures evolvas suaviter annos,

Autorem thalami pectore & ore precor.

*M. Balthasar Riesewetter.*

## A L I A.

*Divina*



**D**Ivina, quod sit vivus ille amor D E V S,  
Apostoli sententia est.  
Nempe hausta sancto corde, quod templum λόγος  
Divinitatis proprium est.  
Divina amoris illius depraedant  
Nobis abyssum oracula.  
Dilectione cuncta nobis lex D E I  
Flagrare vult anima loca.  
Dilectione proximi totam quoque  
Ardere mentem postulat.  
Hæc summa legis, legis & promissio  
Est charitas præstantibus.  
Non præstat ullus: ecce quantus unici  
In missione Filij  
Amor relucet maximi Patris, angelii  
Ut horreant mysterium.  
Natura & ipsa, & quicquid orbe clauditur  
An non sonora de D E I  
Amore vox est? sanctus in primis torus,  
Amorq; verus conjugum,  
Est sancta imago & dulce spectaculum p̄ijs  
Amoris ejus, hinc D E V S  
Iubet, maritus quisquis est, ut conjugem  
Ceu membra curet propria,  
Et delibutis gaudeat complexibus  
Honore sacro operis D E I.  
Hinc se marito comparat bonus, suam  
Ecclesiam & sponsam vocat.  
Quod nosse sanctis sufficit. Non interim  
Fas grande & hoc mysterium est  
Transferre ad aeternum Iehovæ spiritum  
Et spiritalem ecclesiam

B

Flammam

Flammam libido quicquid, aut ardenter  
Flamma, aut inordinatior  
Affectus haren⁹ re creata plus bono  
Suasit, nec huc trahend⁹ erunt  
Amantium non efferend⁹ ineptiæ  
Et ficta mundo gaudia.  
Ergo beatus verus est amor, bono  
Quo si quis orbus aut potens  
Vivit, Iehova at intimis suspirijs  
Ardens amores ambiat.  
Illi⁹ beatè vivitur, seu Dæmonum  
Et orbis iratotius  
Instet fideli, culpa seu mentem gravis  
Contristet, arumna graves,  
Totiq⁹ montes irruant mali, invidus  
Seu vexet aut homo reprobus.  
Seu cesseret omnis charitas hominum, pius  
Amore gaudebit DEI.  
2. Amore certus absoluto se datum  
CHRISTO, absolutum pessimi  
3. Quamvis amorem hunc undiq⁹ allatrent canes,  
Contraq⁹ sœvi ululent lupi.  
Amore & hujus, Sponse, amor tuae tuo  
Conduplicetur pectori.  
Hunc esse amorem sempiternum amoribus  
Nunc, sponse, discas ex tuis.  
Vives beatus haec tenendo: nam malis  
Haec vita plena est omnibus,  
Passimq⁹ regnat tecta docte hypocrisis  
Et viperina charitas,  
Bonumq⁹ in uno, comprobat, quod sit DEO.  
Non carne vana fidere,

Nante:

Nautæ fideles sunt, & omnes navingant  
(Ænigma amatoris cape  
Geographorum) in seculo ponti Axenii  
Angustias per bosphori  
In laxiorem non diu propontidem  
Nam denuo Hellestantus est  
Enavigandus, donec immensum & patens  
Aegæum in æquor, cyclades  
Dant mansiones plurimas ubi, sospites  
Ductore perveniant D E O.

Samuel Fabricius Islebiensis  
Servestæ verbi minister.

### A L I A.

**H**orti venustas maxima.  
Flos est odoratæ rosæ :  
Digiti venustas maxima.  
Est annuli rutilus nitor.

Sed lectuli consors pij  
Fidelis, & domesticos  
Edocta ad usus, est decus  
Jubarque totius domus.

Talis marita munere  
Datur Jehovæ providi  
D E U M verenti, & supplice  
Semper vocanti pectore.

Ter ergo gaude & amplius  
O P E T R E, Musarum decus ;  
Gaude, quod optimus Pater.  
Tali beat te conjugæ.

Huic non lapillos Indicos,  
Et uniones splendidos

B 2

Præferre

Præferre debes, nec Midæ  
Crœnæ gazas maximas.

Amoris & honoris ergo deproperabat

M. Isaac Gregorii

Reipub. Servestane Camerarius.

## ALIA.

Τῷ λογιωτῷ νεανίᾳ Πέτρῳ Ιηνάյῳ συνεργῷ μου αὐθόμῃ  
ἐν τῷ τῆς Σωμερπόλεως Φερνίστηρι, Ἰωάν-  
νης Αρκτεῖο.

**N**έοις αἰθρῶπων, σοφίῃ Θεὸς ἀλήσεται  
λαμπσοτάτη ἀγνοῦ πότνια θεσμὰ γάμων.  
Ηδὲ μιαν θέλει εὐθέστηρας ἐνὶ αὐδρὶ γυναικα-  
νολάθη, μέχρις οὗ ἂν διάγωσιν ὅμως.

Οὐρανὸν δαέωμεν νοῦν καθαρόντειην ἀγνὸν  
ἔμμενας, ὃς λύμην πᾶσαν διποτερέ Φελα.

Τὸν δὲ βίον διατάσσωμεν διόλοιο πεὸς ἀλῆ  
γνώμην, αἰγνάγοι τοι Φρένα, σῶμα, λόγος.  
ηγάδιασώζηται νομίμως τῷδε αὐδεργένεια,  
αὐθοστε βροτέο ριζοφύτοιο μένη,  
ἐσμὸς ἐὸν σωραδην διὰ λῆ Σαγέλισιο  
σκλεχθεὶς αγίων δισεβέωντε Φρενῶν,  
αἵ τον ἀληθινὸν, ὡς Φάνερωσεν ἐγκινώστατο  
ὕμνοις ἄσσονται αἰδίοισι θεόν.

Ταῦταιδεν, πινυτῇ τε διασκέψας ὕπνοισι  
Πέτρε, καλῶς Φρονίμων μῆδεα εἰσεδέχει,  
Νῦν τε θεοῦ δόνιο τούμφην λάβεις αἴγνοπάρεηον,  
πιήν σοι βιολὴ σύζυγον ἐαγομένην.

Τάνεκα συγχάρω, καὶ εὔχομαι εὖ διποτεράνει  
σύζευξιν λάτη αἱμοφοίερωθι γάμος.

## ΑΛΛΗ.

**A**λαγρά νυμφίοισιν δέξομένων καλὰ  
Νέοις, ἔρωτε, τὴν τε πτελυώνυμον  
κύπειν, καλεῖθη, ἡ γαμώντων δάμονα.  
Τμένασθαι,

Τμέναιον, ἄλλοι καὶ ὅμοιον, τὸν νόμον.  
Οὖν μάνον, ἐν τῷ, σύντοχῷ τὸν Πηλέαν,  
Ἄγοντα πεδυὴν πέρις δόμον, τὴν Νηρέαν,  
Θέττη, παλαιῶν μῦθος ἡμῖν δείκνυστι;  
Ως πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Θεῶν παρέμμενα  
τύχει γαμῆστι, τοῖς δὲ ἐυλογεμένοις  
κλυτὸν γενέσθαι ἀγλαόν Γ' Αχιλλέαν.  
Καὶ δὴ ἐπανεγεστιν οὗτοι ὀλβίους  
Γάμους ίάκχος, ἀλκίμης Γ' Ηρακλέας  
Ἄλων τε, ἀν δείπνοιστι τοῖς γαμηλίοις  
Παρένθε μυθούσαι Μαγεών χορέν.  
Καὶ τοῖα οὕτως μὲν παλαιῶν ψεύδεται  
Κακῶς αἰσιδῶν χετλίη ματαιότης.  
Η μᾶς δὲ χρεῖ, ζῶντες εἰδότας Θεόν  
Κτισήν αἴ πάντων, ιακύ γάμοιο ἐργάτην,  
Οὕτως ρυπάνειν θεῖα τῶν γαμηλίων.  
Ιδμεν γδὲ ἀνταν πλανεῖται βέλτερην οὐλέαν.  
Τί εἴτε Πηλεὺς, περιπλανὸν πέδος Αδάμ  
Γονῆα πάντων, καὶ Θεός παντοκράτωρ  
Νύμφαι εἶστι χερσὶν Εὐάν κτίσιτο!  
Τί βάνχος οἶνωψ, ἐνθεον πέδος ίσιαν,  
Ως θωματῶς μὲν Θεός πεσσήγαγεν  
Καλιώ Ρεβεκκὰν! η πί πουλυπαιδία  
Τοῦ Ηρακλῆαν, πέδος ίάκωβον, δώδεκαν  
Τῶν Πατειαρχῶν, τὸν τοκῆα έν Φορεν!  
Τί ηύφωνός εἴτι Μαγεών χορὸς,  
Πρὸς τῷ Θεοῖο πᾶμα πλανήρατον!  
Πρὸς τὴν Μαρίαν μητέρ' αἰειπαρθένον!  
Πρὸς Φῦλον ιερὸν πότνιον Γ' Αποσόλων,  
Κλέος γάμοιο κοσμεόντων ἐν Κανά!  
Οὐλως πί τυφλῶν πάντα ἐθνῶν ψεύδεσσι.  
Πρὸς τῷ θεῖον τῷ γάμῳ μυστήριον!  
Νύμφαι εαυτῷ ὡς οὐνυμφίος Φιλεῖ.  
Οὕτως ὁ Χριστὸς αὐτῷ ὀκλεκτῶν χορόν.  
Ἐν τούτῳ δὲ πέτρε πόλλῳ χάρματι,  
Νύμφαι τεὴν πέδος οἶκον σύφρενον θεῖς ἄγε,  
Ην μὴ δολοπλόκοιο οἵτεος κύπειδος

Ἐρωστε, ή τούμεναγος, ἐθνικοὶ θεοὶ,  
Σοὶ περιένησαν: ἀλλὰ αὐγὴ η Τειάς  
Η μανόσεπτος, καὶ αδήριος Μονᾶς  
Σύ δὲ σὺ παρόντι χαῖρε ἄριστε νυμφίε,  
Θεόθεν λεληφὼς εἶδος αγλαήν κόρηων  
Η ἡδος γ'. Ἐσεῳδε ύμεες δὲ ύπερεν  
Ευδαιμονῶντες, τῷ θεῷ πιθάμενοι.

Iohan. Fuhrmeister Ballenstetensis  
Iuris Cand. F.

## A L I A.

P ETRUS Acidalios nuper contemserat ignes,  
Riserat & pharetræ tela, Cupido, tuæ:  
Audijt illa Venus, justamque exarsit in iram,  
Anne, ait, impunè hic talia dicta feret?  
Nullorum aut juvenū domui fera pectora flammis,  
Aut adigam hunc nostro subdere colla jugo:  
Nec mora, ridenti tenduntur retia PETRO,  
Aucupio in medio PVLCRA locatur AVIS,  
Mulceat ut suavi juvenem modulamine cantus,  
Et placido duram captet amore PETRAM:  
Vidit ut, obstupuit, præcordiaque intima sensit,  
Et Veneris telis eminus ictus amat,  
Quin etiam attonitus subito (mirabile dictu)  
Hactenus invisos irruit in laqueos,  
Escaque præbetur jucunda reciprocus ardor,  
Urit & alternus pectora bina favor:  
Tum Venus arridens, i nunc, ait, atque protervè  
Fœdera legitimi temnere perge tori.

M. Carolus Sachsius.

## A L I A.

Tempora

**T**empora nunc, amites quibus insidiæq; parantur,  
Linaq; cumpedicâ & crate locantur avi.  
Cum rudis ergo animos formes atque ora juventæ,  
Auceps cur factus nunc, PETRE, miror ego?  
Auguror; aucupio tali dedit ANNVL A causam,  
Quæ volucris pulcræ nomina pulcra refert.  
Retia vix laqueosq; tuos arteisq; locaras,  
En cadit in cassis pulcra avis illa tuas.  
Hæc licet edurus de nomine, PETRE, puteris,  
Inflammante tamen flexit amore jecur.  
Sub sua jura vocat veluti vis omnia mortis:  
Sic & amor cunctos sub sua jura vocat.  
Vtraque enim pollut æquali robore: quod mors  
Indomita evincit, vincit & acer amor.  
Non itaque ulterius placuit tibi cernere amori,  
Ast, PETRE, conjugij serva capistra subis.  
En igitur sponsam, pie Sponse, medullitus arde.  
Flagrante en sponsi, sponsa, ab amore cale.  
Sic ò sic arctate simultam dulce capistrum,  
Quò tecto & lecto mutuus assit amor.  
Sic ave, sponse tua juveniliter utere captâ.  
Te justo ut mactet tempore prole patrem.  
Fiat ut hoc, tu CHRISTE juva, inspirator amoris.  
Casti, accite novo præses adesto toro.  
Hospes honorasti tæde qui jura jugalis,  
Dum liquidum mutans vina meraca facis.  
His pariter facias, & amara in dulcia fundas,  
Fecundus quò sit, sit q; secundus amor.  
Et, tu sponse, fac, ut tua avis tibi dulcè queratur,  
Ne tortura torus fiat, amaror amor.  
Non moris, sed amoris & amicitiae ergo suo  
Petro à Lehnens ipsius honoribus nuptia-  
rum congratulans deproperabat  
M. Martino Vierthal. Cothen-Anhal.

Can-  
tico. 8.6.

A L I A.

PETRE, mihi ante alias felici junctior astro,  
Ante alias usu cognite amicitiae!  
Ecce, quod investi propere mento, vere sub ævi  
Florentis, festum conjugiale paras,  
Mirari multi, quin & culpare videntur,  
Pars cum judicio, pars sine judicio.  
Nam vel coniubii aptos socialibus annos  
Metiri barba, non numerare, solent;  
Vel, non sperantes de te meliora, Camœnas  
Iri habitum dingo post tibi honore, negant:  
Proinde putant, thalami cessatum ducere curam,  
Annorumque aliquot te decuisse moram.  
Verum istic essent, alio essent, autumo, sensu,  
Quodque facis, facerent, sors modò ferret, idem;  
Tantum non tua pacta tori matura probarent,  
Hi cum judicio, hi non sine judicio.  
Namque tibi, non una, gravis (scio) pondere causa est,  
Cur dante hæc veniat Gratia grata Deo.  
Nempe Deo: numero, mensura, & pondere, cuncta  
Disposuit nutu qui sapiente suo,  
Præstituensque toris rata tempora, currite, dixit,  
Currite, gyratis orbibus, astra poli;  
Donec, ab æterno quæ designata satoris  
Consilio est, horam fatæ benigna vehant:  
Qua beat amplexu consors dilecta maritum,  
Et pulcra faciat prole subinde patrem.  
Unde patet, tidis quod & opportuna, JEHOVÆ  
Arbitrio, sint hæc tempora fixa tuis.  
Nec festinatis adeò, ut plebs somniat, annis  
Dicéris verè fedus inire tori.  
Nam tua jam quintum, sexto vicinius, ætas  
Auspiciis lustrum clauerit, opto, bonis:

Sexto,

**Sexto**, quo juveni thalimos ambire puellæ  
Nabilis, Ascræo vate docente, licet.  
**Raræ** igitur barbæ brevior mensura modusque  
Mensores istos fallere sæpe solet.  
**Gratia** nempe: ulnis qualem qui nollet utrisque  
Oblatam amplecti, non foret ille lapis?  
**Durior** immo foret: quia sic te emolliit illa.  
Ut, sine re, sola sis PETR E voce lapis.  
**In nunc**, & totam vel adhuc trieterida lecto  
In vacuo gaude vivere, & absque pari.  
**Sed**, quod non-fecisse nefas, facis ipse, JEHOVÆ  
Sumens, qua decuit sumere, dona manu:  
**Grata**, dico, manu: nam queis occasio tedæ  
Tam bona vilis erit, vilis & autor erit.  
**Autor** at ipse DEUS: bona qui spernentibus, ultrò  
Quæ prius obtulerat, jure deinde negat.  
**Nempe tibi**: qui Pieridum Charitumque fuisti  
Et puer, & juvenis, vir quoque cultor eris.  
(**Hic** namque implebis, spero, mihi nominis omen  
Mōre petræ constans, hīc mihi PETRVS eris)  
**Jure CHARIS** merito tibi nubit, jure jugali  
Spondet perpetuas ANNA in amore moras.  
**ANNA**, cui lectas non rubro in littore gemmas.  
Non aurum ante Tagi divitis omne feras.  
**Si spectes** ortus; patre quondam parte senatus  
Nata, decus matrem grande pudoris, habet.  
**Si spectes** formæ decus; hand inamabilis, etsi  
Tyndarin haud æquans, en sedet ore nitor.  
**Si spectes** dotem; quamvis spectanda quod hæc sit  
(Quæ tamen haud ideo rejicienda) neges:  
Prædita dote venit; qua quæ sit prædita, multos  
Quàm fastidierit multa puella procos!  
Sin spectes animum, quem (novi) ante omnia spectas,  
Hic, pulcer dici cur mereatur, habet.

C

Namque

Namque sub hoc pulcram virtus tenet aurea sedem,  
Virtus, qua toto pulcrius orbe nihil.  
Hic tua tam rapida succedit pectora flamma,  
Hic, qui surripuit te tibi, solus hic est.  
Ergo animæ pars magna tuæ, pars corporis *ANNA*,  
Vitæ fida comes post erit usque tuæ.  
Consors *ANNA* tuæ fortis, sit læta, sit aspra.  
Sæpius hanc vitam quæ comitatur, erit.  
Nec modò erit consors, sed dulce levamen, & omen.  
Nunquam non referens nominis *ANNA* sui.  
Pulveris in primis schola multi quando remittet  
Pertæsum, quavis bis propè luce, domum:  
*ANNA* domo excipiet, qua cuncta excluderit antè,  
Quæ parerent animo tædia fortè tuo;  
Quámque serenârit lepidis sic undique ocellis,  
Ut capias animo gaudia mille tuo;  
Quin & post menses inceperit, æmula vitis  
(Da, vivace, D E U S!) prole replere, decem.  
Hinc thalami geminata feres tibi gaudia, & usque  
Pignore & usque novo multiplicata feres.  
Hinc velut ipse tuæ nunc discis imagine flammæ  
In sponsam, quám te C H R I S T U S amore flagret;  
Te, cunctosque, fide qui justificante beati,  
Illiis & Sponsæ vivida membra sumus:  
Sic etiam innati in sobolem sub imagine amoris.  
Tum disces, quám nos flagret amore pater,  
Ætherius pater, unigenitam, sua gaudia, natum.  
Qui diræ voluit jura subire necis;  
Natorum ut nobis acquireret aurea jura,  
Et patris hæredes poneret arce poli.  
Cumque tuæ docilis curæ sit credita pubes,  
Quæ tenero ore D E U M clamat & ipsa Patrem:  
Inde simul disces, hæc quod non ultima laus est  
Rectè filiolos erudiisse D E I.

Unde



Unde tuum studium , poterit si crescere , crescat ,  
Ter triplicis crescat cultus amórumque chori :  
Crescat & ampla D E O laus pubis ab ore , futuræ  
Nempe foro & templis utilis atque scholæ.  
Hæc , precor , hisque manu plura & potiora J E H O V A E  
Addita , nunc inito commoda carpe toro:  
Uttere sorte tua : lætis amplexibus A N N A E  
Perfruere , hæc donec vita D E U S que sinit :  
Utque fruare diu , fac cum pietate fruaris ,  
Et cum judicio , non sine judicio.

Martinus Quelmalius  
Coldicio-Misnensis F.

---

P E T R V S A I E N E  
A N N A S C H V N E V O G E L S  
avaygauamualidévtes  
A T P E N E V I R E S .  
H V N C L E G E S A N A , O N V S .

**C**onilio in medio nuper citharædus Apollo  
Musarum residens , donis & honoribus auctos  
Dum cupid efficere , & titulis mactare superbis ,  
Bellerophonteis undis qui labra rigarunt ,  
Doctaq; qui passim præstantum scripta virorum  
Nocturna volvere manu , volvere diurna .

Ecce alios inter , multa videt arte politum  
Et virtute virum , dictisq; affatur amicis :  
A T non , o non sic , Musarum strenue cultor ,  
Sedibus à nostris unquam indotatus abibis .  
PENÈ , immò penitus V I R E S , arre , et ate fideq;  
Hinc tibi munus habe ; Patria patru inclutus ordo  
Mox te præ reliquis , populi applaudente coronâ .  
Eliget , electum doctorum in parte locabit  
Informatorum pubis , Ludiq; Magistrum .

Hec dum forte Venus tenerorum Mater amorum

C 2                      Audit.

Audit, in vulnus juvenis sua lumina figit,  
Præmium & à nobis, inquit, cape munus optimum  
P V E C R A M nimirum VOL V C R E M, quæ pulcior ipsa  
Sit Iunonis ave, & suavi modulamine canis  
Lusciniam superet, castoq; puore palumbes:  
Dixerat. Hinc montem Idalium sua regna revisens,  
Voce pharetratum puerum compellat amicā:  
Nate meæ vires! mea magna potentia Nata!  
Tinge age! sed casto tua spicula tinge veneno,  
Et celebrem subito Sorabum te confer in urbem.  
Illic invenies præstanti corpore Nympham,  
Quæ matura viro est, & plenis nubilis annis.  
Annula honoratis a sanguine Schunvogelli.  
Huic castas immitte faces castissimi amoris,  
Conjugiumq; para castum, in violabile, sacrum!  
Nec mora: mox Puer ad volitat, pharetraq; sagittam  
Depromens, thalamum candenti nube subintrat  
Virgineum, inq; sinus teneros dum denique casta  
Tela Deus figit, placide sic ora resolvit:  
Nostine egregium juvenem, virtute coruscum  
Multiplici, Petrum dico cognomine Jhenam?  
HVNC LEGE SANA virum tibi, ONVSq;, quod ipse Ichav.  
Conjugio imposuit, constanti pectore fert.

Christophorus Lelmius.

### A L I A.

**Q**uid hoc novi est? quid tympana nunc sonant?  
Quare puella conveniunt? acu  
Cur illa picta fulget, illa  
Murice ueste nitet decora?  
Fallor ne, num quis gaudia jam sacra  
Tæde parabit? Dic mihi M V S A quis  
Est? PETRVS à IHENA, tenellam  
Qui docet Aeniam juventam:

Iamjam

Iam iam sacramentum quoniam comitabitur  
Tempum petentem Curia cum Scholā:  
Pulcerrima incedetq; Sponsa,  
Quam Venus & Charites sequentur.  
Vixit Camanis semper idoneus  
Et militavit non sine gloria  
Hic Sponsus, ergo Musa Sponsum  
Hunc cane, carmen eiq; dicas.  
Dices profectò carmine tam nihil  
Sublime, prestans, eximum nihil,  
Quo dignus haud sit ille, & ejus  
Sponsa procis variis petitæ.  
Horum parentes sed sileas modò  
Thalia claros, & sileas avos,  
Virtute, vitæ, moribusq;  
Qui meruere decus perenne.  
Quis namq; nescit PETRE, tuum patrem  
Fuisse doctum, consilio gravem,  
Qui laude gessit consulatum,  
Iura cuig; dedit rogantis  
Quis pulchra nescit Sponsa tuum patrem  
Amasse justum, justitiae Patrem.  
Cum laude gessit qui celebre  
Hac Camerarij in urbe munus  
Te Sporse, dulcis gloria patriæ  
Ornat decentis corporis optima  
Forma, atq; primævo juventa  
Flore viret tua nunc alacris.  
Sed non juventæ dedecori tuae  
Est vita, vita quando gregit tuo  
Præcepta proponis regendæ,  
Non sine laude scholæ in Senatus.  
Te præbuisti candidum in omnibus,  
Artes Apollo te docuit bonas,

Hinc te salutant eruditum, &  
Artibus ingenuis politum.  
Sed laude dignum quid nova possidet,  
Dic, Musa, conjunx? Prosequitur D E V M  
Amore, semper matrem honorat,  
Huic & inest probitas pudorq:  
Est ipsa gemmis pulcior Indicis,  
Est ipsa puro splendidior vitro,  
Est mollius plumag<sup>is</sup> corpus,  
Candidius folio ligustri.  
Musis amici tristitiam & metum  
Tradant protervis in mare Creticum  
Portare ventis, atque dicant  
Carmina, vota ferantq<sup>is</sup>, Sponso:  
In Sponsi honorem, qui Clarias opes  
Lustrant, fruantur latitiā hoc die,  
Saltentq<sup>is</sup>, saltando venustis  
Gratificantur enim puellis.  
Leges pudoris sed tamen integras  
Servare nunquam non studeant iij:  
Quod namque vitet quisque, eautum  
Non homini satis est caduco.  
Ut PETRVS ANNAM, maxime da DEVS,  
Et ANNA PETRV M diligat, atque ijs  
Sit una mens, una & voluntas,  
Et Pyliam videant senectam.  
Honoris ergo canebam  
Johannes Cöppenius S.  
PETRUS à JENA  
ANNA SCHONVOGLIA  
SERVESTANI.  
LEPOR SVAVITAS CHARITAS  
NON GENUS EA INANE. Tibi

**T**ibi Pelasgum quod dedit,  
O P E T R E , nomen , durius  
Ut est nihil saxo ; nihil  
Ut est aquaque mollius ,  
Saxum cadendo quæ cavat :  
Sic ( comparare si licet  
Vitæque cassa & spiritu ,  
His præditæ mortalium  
Genti ) severoribus  
Pectus Camænis deditum ,  
Emolliens tibi ANNULÆ  
Fregit LEPOR , SUAVITAS  
Quem temperant & CHARITAS .  
Sic utriusque congruum  
Est , spōse , nomen morib⁹ ;  
Sic omen est in nomine  
PETRIq; & ANNÆ mutuum .  
Quid ergò vestris comprecer  
Non discrepans amoribus ,  
Quod NON INANE sit GENUS ?  
Hoc oro votis intimi  
Precatus ipse pectoris ,  
Vestros ut ignes ventilet  
Celestis aura flaminis ..

Caspar Sigismundus Bersmanus.

### A L I A.

**C**onjugium summo res est accepta Iehovæ :  
Iungitur hinc casu non , pia virgo , viro :  
Sed DEVS omnipotens solus duo pectora jungit ,  
Et duosint unum mente fideq; facit .  
Evenit hinc etiam , minime sine numine dirūm ,  
Quod , PETRE , jungatur connubio ANNATIBI ;  
Sic etc -

Sic etenim visum est ihovæ qui cuncta creavist  
Verbo, quem precibus sollicitabo meis;  
Ut tibi conjugium blandum faustumq; bonumq;  
Sit, virasq; diu conjugi PETRE novâ.  
Conjuge, PETRE, novâ vivas, videasq; nepotes.  
Qui faciant claris stemma perenne patris:  
Omnibus in rebus feliciter omnia vobis  
Succedant, cedant tristia cuncta procul.  
Hoc precor, hoc optatq; omnis conviva vocatus,  
Nec sinit altitonans irrita vota DEVS.  
Benevolentiae & boni ominis ergo scripta à  
Martino Mejero Servestà-Anhaltino.

### A L I A.

**G**rator, sponse, tibi, Præceptor care, tuæque  
Grator ego dulci felicia fædera sponsæ,  
Et precor, ut fausto ducatis fidere vitam,  
Et vigeant inter vos justi vincula amoris:  
Dulcia quin etiam videatis pignora lecti,  
Quæ generis crescat vestri fœcunda propago,  
Ambo salvete, & bene rem gerite, ambo valete.

Abrahamus Theopoldus.

### V O T U M.

**F**austa tibi grator connubia, Sponse, tuæque  
Sponsæ, sit vobis mens sana in corpore sano.  
Sitis ut unanimes, vestro concordia lecto  
Adsit, Erys Stygio cum Dæmone protinus absit.  
Vivite Mathusalæ longissima tempora vatis,  
JOVAq; vos faciat per pulcrâ prole parentes.

Abrahamus Ulricus Præceptori &  
affini suo gratitudinis ergo F.

F I N I S.

Cl 1926




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindemeister  
Merseburg a. S.

VDA



# FarbKarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Black

Centimetres

Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

8

μῆλιοι  
Tiri doctrina, hu-  
ute prestantis,  
**J H E N A,**  
hypodidascalis,  
S I,  
n, cum  
Pima Virgine  
A,  
HÔN VOGELII  
ondam civitatis  
ornatissimi,  
ca,  
S A,  
collegis, & amicis.  
Xbr. Juliani  
CIIIX.  
T AE  
phorus Vveida.

